

Benedictio lectionis

Preces ante lectionem

- V. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.
R. Amen.
- V. Veni, Sancte Spiritus; reple tuorum corda fidelium, et
tui amoris in eis ignem accende. Qui per diversitatem
linguarum gentes in unitate fidei congregasti. Emitte
Spiritum tuum et creabuntur.
- R. Et renovabis faciem terrae.
- V. Oremus. Deus, qui corda fidelium Sancti Spiritus il-
lustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta
sapere, et de eius semper consolatione gaudere.
Tua nos, quæsumus Domine, gratia semper præveni-
at et sequatur ac studiis nostris bonisque operibus ju-
giter præstet esse intentos. Per Christum Dominum
nostrum.
- R. Amen.

Preces post lectionem

- V. In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti.
R. Amen.
- V. Confirmata hoc, Deus.
- R. Quod operatus est in nobis.
- V. Oremus. Actiones nostras, quæsumus Domine, aspi-
rando præveni et adjuvando prosequere, ut cuncta
nostra oratio et operatio a te semper incipiat et per te
copta finiatur.
- Praesta nobis, quæsumus Domine, auxilium gratiæ
tuæ, ut quæ te auctore facienda cognovimus, te ope-
rante impleamus. Per Christum Dominum nostrum.
- R. Amen.
- V. Nos cum prole pia.
- R. Benedicat Virgo Maria.
- V. Deo gratias.
- R. Amen.

Benedictio Mensæ

Ante Coenam

- V. Benedicite
R. Benedicite
V. Edent pauperes, et saturabuntur, et laudabunt Dominum, qui requirunt eum:
R. Vivent corda eorum in sæculum sæculi.
V. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.
V. Oremus. Benedic, Domine, nos et hæc tua dona, quæ de tua largitate sumus sumpturi. Per Christum, Dominum nostrum.
R. Amen.
V. Ad coenam vitæ æternæ perducat nos rex æternæ gloriæ.
R. Amen.

Post Coenam

- V. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus.
R. Escam dedit timentibus se.
V. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.
V. Benedictus Deus in donis suis, et sanctus in omnibus operibus suis, qui vivit et regnat in sæcula sæculorum.
R. Amen.
V. Sit Nomen Domini benedictum.
R. Et hoc nunc et usque in sæculum.
V. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam.
R. Amen.
V. Benedicamus Domine.
R. Deo gratias.
V. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.
R. Amen.

Benedictio Mensæ

Ante Prandium

- V. Benedicite.
R. Benedicite.
V. Oculi omnium in te sperant, Domine, et tu das illis es-
cam in tempore opportuno.
R. Aperis tu manum tuum, et imples omne animal bene-
dictione.
V. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
R. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula
sæculorum. Amen.
V. Kyrie eleison.
R. Christe eleison.
V. Kyrie eleison. Pater noster, qui es in cœlis. Sanctifice-
tur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat volun-
tas tua, sicut in coelo, et in terra. Panem nostrum quo-
tidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita
nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et
ne nos inducas in temptationem.
R. Sed libera nos a malo.
V. Oremus. Benedic, Domine, nos et hæc tua dona, quæ
de tua largitate sumus sumpturi. Per Christum
Dominum nostrum.
R. Amen.
V. Mensæ cœlestis participes faciat nos rex æternæ glo-
riæ.
R. Amen.

Post Prandium

- V. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua.
R. Et sancti tui benedicant tibi.
V. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.
R. Sieut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula
sæculorum. Amen.
V. Agimus tibi gratias, omnipotens Deus pro universis
beneficiis tuis, qui vivis et regnas in sæcula
sæculorum.
R. Amen.
V. Sit nomen domini benedictum.
R. Et hoc nunc et usque in sæculum.
V. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona faci-
entibus propter nomen tuum vitam æternam.
R. Amen.
V. Benedicamus Domine.
R. Deo gratias.
V. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant
in pace.
R. Amen